





19  
DEO PROPITIO,  
IVRE - CONS VLTVM,

28

DE

17584.

# A N G E L I S

NONNVLLA MEDITANTEM,

P. 367.

IN GRATIAM

CIVIVM ACADEMICORVM  
O.O.H.

# IN FESTO MICHAELIS.

ANNI MDCCCLVIII.

PER PROGRAMMA,  
MORE MAIORVM,

EXHIBET,

D. ERN. IO. FRIED. Manzel,

SEXTVM RECTOR ACAD. ROSTOCH. SEREN. DVC. REGN.  
CONSIL. ET PAND. PROF. TOTIVS ACAD. SENIOR ET  
FAC. IVRID. VIGESIME TERTIA VICE  
DECANVS.

ROSTOCHII,  
LITTERIS ADLERIANIS.



СТНОЯТ ОТ

ЖУРЧАНОВИЦЫ

на

ГЛАДКА

МЕТАЛЛИЧЕСКИЙ

МАТЕРИАЛ

САНИНГО-ДИМЕРОВА

ОАО

САНДУЧИКИ

ДИМЕРОВА

АММАЗДОЛЯН

САНДУЧИКИ



Q. D. B. V.



Praevidebant, credo, Benevoli *Lectores*, fore, ut ego, qui, ad festum Pentecostes, exhibebam, *Iure-Consultum*, de *Spiritu Sancto* nonnulla meditamentum, in altero programmata festivali aestivo, sisterem *ICtum*, de Angelis nonnulla meditamentum. Fiet igitur idem, non obstante differt. B. WILDVOGELII, *ICti len. olim et post fata celeberrimi*, publ. anno 1692, sub rubro: *Angeloscopia legalis*, sive de eo, quod justum est circa Angelos: vom Engel-Rechte, hypomnemata juridica, Resp. Jo. Casp. Frölich, Vinar. Utar omnino sed non plagiarie abutar eadem. Dicta nonnulla, cum allegatione, repetam, varia addam. Fiat collatio B. L. ocularis. Liceat hac vice uti methodo lemmatica.

I.

*Angelorum definitio nominalis est tralatitia et realis inde facile paratur.*

Nuncii, quatenus boni, sunt divini. WILDVOGEL *hypomn.* I. refert, quod Franc. Redi, Italus, in *Tr. s. r. Bacco in Toscania*, vid. *Supplm. Act. Erud. Lips. Sezt. I. p. 115* putet, ipsos Graecos hoc vocabulum ab Angaris, qui Persis Cursores vel Missos Regios denotant, desumisse. Addimus dictum biblicum, Hebr. I. 14. Sind sie nicht allzumahl dienstbare Geister, ausgesandt zum Dienste, um derer willen, die erherben sollen die Eeligkeit. In quavis missione, considerentur, a) mittens, b) missus et c) negotium



gotium commissum et quidem ut plurimum, qua certas personas. Ius Feudale continet tractationem, de Angariis et Parangariis. Evolv. in genere, Feudistae, maxime tamen speciales, variis, Richter, Bechmann, Heberer et Schulze, qui jam ante Wildvogelium scripserant, quibusque accessit, anno 1728. *Lipsiensis Dn. KAESTNERVS.* Add. du FRESNE in *Glossario, v. angariae.* Meretur hoc loco allegari nupera *Dn. C. G. F. WALCHII*, diss. de missis dominicis, Pontificis Romani Iudicibus. Add. *Dn. GLAFEY* splendidus Tr. de vera ministerialium indole, passim et in specie Lib. I. C. 2. scđt. I. §. 4., v. ministerialibus missorum munus spectabile non raro concretum, quorum provinciam fuisse constat, ut comitibus adjuncti in horum actiones et justitiae administrationem inquirerent eorumque virtutes et vitia Regi nuncierent. In Cap. veterum Regum foepoe occurunt missi ex Vassis, vel ministerialibus. Synecdochicam esse denominationem et ipsae S. Angelorum functiones, non praecise in legationibus consistentes, clare probant. Sed satis; nam si non coercerem calamum, ingererem me facile etiam materiac illustri, de indole fidei vasallitiae ejusque a ministeriali felicitate discrimine, quam successive expendit *D. G. L. BOEHMERVS*, Goetting. 1757. Conf. *B. BECKII*, diss. de *Paribus Reip. Missis et Vasallis Iuribus*, edit. 1715. Qui de legatis et Legationibus scripserunt, bibliotheculam conficiunt et si e re esset, pariter possent conferri. Legatur, amplissime de missis, omnis generis, etiam de domo Regia selectis, a vel ex latere, majoribus, aliis, scribens *du FRESNE in Glossario, v. missus.* Item v. *Angelus*, unde ad sequentia quaedam depromemus, item v. *A. postolus.*

## II.

*An angelorum existentia ex lumine naturae queat demonstrari,  
foepoe fuit disputatum,*

Incidit, hac vice, specialis diss. *Hoheiseliana, Rostochiensis.* Argumenta, pro affirmativa, desumpta sunt ex variis, quae repetere non vacat. Emblemata nocturna, de quibus anno 1740. Speciale progr. festivum publicavi, stant, tantum non primo loco,

loco. Habent praesagia, de futuris mere contingentibus, quia  
 animam nostram solam vaticinandi facultate defitui putamus,  
 vid. spec. diss. Buddeana, aliquid, quod absque angelorum mini-  
 sterio est inexplicabile. Evolutiones fatigant ingenia. Ha-  
 bent alia argumenta philosophica sua pondera. Abst. stulta  
 oneirocritice. Longa est historia, excedens hanc meam sphae-  
 ram. Remitto ad scriptores Theologos, quos omnes, credo  
 habet, qui habet B. D. CONR. DIETERICH, *Sup. Ulm. Philosophi-  
 sche und Theol. Traum-Discurs, ed. Ulmae 1624. in t.*, cum indice  
 post alph. Gentiles Philosophi hoc thema tractarunt acutissime.  
 ANTONINV'S Imp. in libro librorum, *de seipso ad seipsum, L. I.*  
 in fine scribit: Es ist, nicht weniger, ein Merckmahl, der Gewo-  
 geheit, der Götter, daß sie mir, in verschiedenen Träumen, die Mit-  
 tel, gegen meine Krankheiten und Beschwerden, geoffenbaret haben,  
 sonderlich für meinen Schwindel und mein Blutpeyren, wie mir die-  
 ses zu Cajeta wiederfahren ist. Satis iterum! Honoretur expe-  
 rientia et habebitur. Dicebat aliquando, de hoc capite sco-  
 price differens, vir: *dantur etiam somnia vigilantium.* Quidni?  
 Dantur quaedam emblematica somnia, quae etiam absque do-  
 ctrinali humana propagatione, singularem habent uniformi-  
 tam. Incidunt die Ahndungen, quae a veteri Ahnt, signifi-  
 cante einen Geist, et in linguis, nobis borealibus, superest, deri-  
 vanda, vid. TELGMANNI tersum scriptum, von der Ahnen-Zahl.  
 Dn. PAVLI, vom Adel, 1753. Sel. Iur. Rost. f. 5. p. 31. Conferatur  
 vox Antlii, physiognomiam denotans et a vocibus, Gesicht, vi-  
 fus et Angesicht, facies, longe differens. Cogitetur de omnibus,  
 Tribus: Rem scimus, modum ignoramus, statuentes tamen, spi-  
 ritum finitum, qui non est hominis pars, posse cum anima no-  
 stra habere immédiatum commercium: putantes, hac via mi-  
 nisterium angelorum bonorum et suggestiones Satanae com-  
 mode posse explicari. Conf. Dn. HOLLMANNI, diss. de anima  
 humana, naturae mysterio. Plures, ad lemma hoc scriptores,  
 praebet B. Lissenthals theol. homil. Archivarius,



## III.

*Angelorum nomen, in veteri stylo publico, tribuitur etiam ministris divinis visibilibus.*

Prophetae Malachiae, Cap. III. 1. Ioannem Baptistam indigitans, pariter ac Apocalypses, Cap. II. textus sunt omnium: Excerpta diplomatum, canonum, legum aliarumque chartarum, sunt nonnullorum, inter eruditos. Pontifices Romani ut et Episcopi Subordinati angelii et coanguli vocantur passim, *vid. du FRESNE*. Subiecta generarunt praedicata, sedis angelicae, s. episcopalis: vestitus angelici, s. clericalis et vitae angelicae, s. monasticae, utriusque sexus. Ipse noster Iustinianus *Nov. 133. c. 6.* notanter de reverendissimis monachis, in aliqua taberna conversantibus atque *vitam angelicam* in ejusmodi conversationem mutantibus castigatione et expulsione puniendis, graphicè dispositus. *WILDOGEL* de hoc passu, p. 39. s. differens ex *ZIEGLERO*, ad *Lancell. Lib. I. tit. 30.* scribit, quod, post degenerationem morum, vix sit, ut ordo ille amplius tam splendido cohonestetur titulo. *Conf. can. 15. dist. 30.*, ubi de pallio utentibus, tanquam ex eo justitiam habituris.

## IV.

*Angelorum distinctionem, in bonos et malos, novimus ex sacris litteris; nec deficit lumini naturae aliqua probabilitas.*

Ipsi Gentiles de daemonibus et geniis differentes, caco-daemones aliis opponunt Deosque manes sive inferos concipiunt. Inspiciatur longa doctrina illorum callida, de apotheosi. Item *ICti ad tit. de R. D.* Expectentur sequentia. Ordines et subordinationes angelorum, sunt merae revelationis. Qua diabolos, notabilis omnino est, singularis: der Teufel. Si fabulae verae essent, classes minorum spirituum intermediorum forent variae.

## V.



## V.

*Angeli nominati, admissibiles, non nisi in Scriptura S. dantur  
et quidem pauci.*

Ferit hoc lemma ICtum meditantem, propter prohibitions legales. In Synodo Rom, sub Papa Zacharia, nomina alia Angelorum affingere, dicitur sacrilegium. Michael et Gabriel sunt in canonis: Raphael, ex Libro Tobiae, valeat, in quantum valere potest; Leg. B. Lutheri praef. Uriel in quarto Libro Esdræ, suis fatis relinquo: In Litanis antiquis idem palpatur. Imp. Karolus M. in capit. Aquisgran. de 789. c. 16. ponit numero modum, verbis: *Ignota angelorum nomina nec singantur, nec nominentur, nisi ilorum, quos habemus in autoritate. Hi sunt Michael, Gabriel, Raphael.* Qua tutelares, regnorum, provinciarum, urbium, hominum singulorum, liberales fuerunt vetores. Ipse B. Lutherus, Tom. V. Ien. germ. p. 2. cuivis imperio et bonum et malum angelum adscripsit. Nobis placet pluralis, ex Psalmo XCI. II. Vid. e ICtis, post Besfolum, Klockium et alios, MAGERVUS de Advocacia armata, c. 3. n. 6. sq. adusque n. 60. Aliiquid tandem Rhetoricae est dandum. Meretur omnino locum, Imp. Antronius, Libro V. art. 27. de seipso, ita differens: *Der lebet in der Gemeinschaft mit denen Göttern, der willig ist, dasjenige zu vollbringen, was der Schutz-Engel, den Gott eiuem jeglichen zum Geleits-Mann zugeordnet, haben will.*

## VI.

*Angelorum apparitiones, post clausum canonem, fictae sunt, hinc puni-  
antur, illas, sibi factas, affectantes, ceu criminis stellionatus rei.*

Ita recte sentimus et Principis curae circa religionem inquisitionem vindicamus. Pagina non concedit historica multa. Cogitetur tamen de virgine nobili ab Asseburg, de Peterse-nia aliisque. Mecklenburgica exempla, juniorum temporum, habuimus in ASIMUS HANSEN, opifice boetho et opilione STRASSEN, Leg. B. STRICKERI, Meckl. Theol. speciale scriptum. Caveamus



mus a Spiritibus deceptoribus, *i Tim. IV. 1.* et in angelos lucis se transformatis; *vid. 2 Corinth. XI. 14.* et *Coloss. II. 18.* Dantur enim praestigiae daemonum et hominum mascheratorum. Sit voci venia, propter *diss. Bergerianam, Wittebergensem, de personis mascheratis, ex anno 1719.* Evolvantur nostri Casuistae celebriores, quorum tamen nonnulli in dabilitatem utramque inclinant. Conf. passus precum nostrarum: behüte meine Augen für schrecklichen Erscheinungen, qui forte meretur lucubrationem. B. Lutherum, heroicę soepe locutum, aliorum iudicio submittimus, qua verba *Comm. ad Genes. Cap. 22.* ich achte der Engel nichts und pflege Gott täglich zu bitten, daß er ja der keinen zu mir senden wolle, es sey, in welcher Sache es immer seyn könne. Quod dabilitatem statuerit hic noster Megalander, probant Colloquia ejusdem mensalia passim. Sed novimus historiam litterariam illorum colloquiorum. Exemplum impostoris, ex apparitionibus, puniti, *ex TABORIS Racemat. crim. ad tit. ff. Stellion.* recenset *WILDVOGEL p. 44.*

## VII.

*Processus inquisitorius, adversus sagas, habuit olim de apparitionibus et operationibus malorum angelorum, multa.*

Odiosa mihi haec est materia, unde remitto B. L. ad *Thomastianas diss. de criminis magiae et de origine et progressu processus inquis. contra sagas, et maxime ad B. nostri Antecessoris, de KLEIN, disp. ex anno 1698. s. t. Examen judicialis lamiarum confessionis, se ex nefando coitu, cum diab. prolem suscepisse.* Add. nostri Meckl. Cancell. REINKINGII, resp. de processu contra sagas et maleficos, ed. 1662. Dari crimen magiae, modo recte definitur, nequit negari, quidquid, sub vexillo *Thomastiano, vid. diss. de criminis magiae,* dicant, in alterum extremum declinando militantes. Media teneatur sententia, quoniam blasphemos, baptismalis paeti immemores atque foedifragos, diaboli suggestionibus se mancipantes, ultimo supplicio dignos, dari, omnino tenendum erit. Unde sequitur, maiores nostri, in specialissimis quibusdam corporis delicti, nimis, salva coeteroquin justitia, fuisse credulos.

*Vid.*

*Vid. nubes et seges scriptorum atque addatur nostrum programma,*  
*ex anno 1737, ad quaestione: Ob noch wohl Heren-Processe*  
*zu gewärtigen? Non placet, nec licet singula perquirere. Crassa*  
*funt, quae de conventibus sagarum, ad sua sabbata, ceu ferr*  
*rubrum diff. M. Voitzen, hab. Witteb. 1678. (vocabatur hic*  
*eruditissimus vir, ad Rectoratum Güstrowiensis Gymnasi, quo*  
*optime defungebatur, ad annum usque obitus) circumferun-*  
*tur. Pergit plebs, in traditionibus, de nocte inter Apriliem et*  
*Majum, quam vocat die Walperts-Nacht. Walpurgis,*  
*martyris virginis, historiam dedisse initia, allegat Per III. Dn.*  
*Confil. Regin. Meckl. Schmidt, in coroll. ad disp. inaug. me Praefide*  
*hab. de Iure Imperatoris circa conferendos honores. Conf. edicta*  
*Meckl. G V S T A V - ADOLPHINA, sat multa, crimen*  
*magiae et vari generis superstitiones concernentia. Le-*  
*gantur tamen protocolla confessionum liberimarum, ex saec.*  
*elapsis et notetur examen Stuckense, excerptum in nostro*  
*progr. allegato.*

### I X.

*Ictus, inter sua objecta, habet etiam spectra.*

Num spectra, si quae dantur, distingui queant, in bona et  
mala, suo relinquimus loco. Perpetua manebit relatio con-  
versatoria, de spectris. Nuperime Autor, der Ueberszung  
gewisser Briefe, qua quaestione, de existentia spectrorum, ute-  
batur verbis, viro maxime philosopho, indignis, er wolle sich lie-  
ber zu denen alten Weibern halten. Rectius suspenditur judicium,  
vel data experientia immediata, inexplicabili, statuitur, cum vi-  
ro, ante aliquot annos apud nos defuncto, qui acute solebat phi-  
losophari, diuque contra existentiam spectrorum senserat, tan-  
dem autem, per exemplum, inter intimiores amicos descri-  
ptum, eo perducebatur, ut dicaret, et möge davon also weiter  
nicht sprechen: wieder die Erfahrung müßte man nicht disputiren.  
Plurima igitur, quae narrantur, sunt vel commenta, vel male  
intellecta emergentia, ex quibus lucra interdum, in damnum  
Reip. captant et acquirunt fures ac nebulones libidinosi, alii.

B

Anus



Anus Endorea, vexans eruditos, ante nostra tempora, nuper iterum auxit bibliopolia. Argumentum, quo B. Vir Theologus aliquando, discursivee utebatur, ex commate divino: *Und Samuel sprach, 1 Sam. XXVIII. 16.* meretur notari. Differi hoc loco potest, de quaestione, num diabolus sciat futura; sed res est clara, quod non, qua mere contingentia: *vid, liber, s. t.* Der nach seinem Tode weissagende Samuel, prod. 1698. Remitto igitur ad B. Jo. Sam. STRYKII diss. de *Iure Spectrorum*, bab. Halae, 1700. Sed cavendum mihi erit, ne incidam in dumeta atque vepreta. In materia contractus locati-conducti maxime vexant spectra Ictos. Acies instructa haberur, in diss. *Thomiana*, *Halenſi et Romaniana*, *Lipſiensi*. Scripferat hic, anno 1703. quo anno etiam, ediderat diss. de quaest. an dentur spectra, magi et sagae. B. COCEJUS, in diss. de clausula rebus sic stantibus, Cap. VI, §. 16. scribit: *ab illusionibus spectrorum negue p̄i hominibus dannum, neque cordatis metus facile infertur.* Audiatur expertus et placent verba Strykiana l. c. §. 9. *Statuum cum Wedelio, disp. de spectris, c. i.* non omnia spectra esse spectra, nec tamen nulla. Pergit Cocejus: *Verruntamen ea hominum appareat communis prope imbeccilitas, ut ad visum talis ostenti timeant et contremiscant.* Placent, ex ulterioribus, verba: *Sane si quis attendat, apparebit facile, apud populos illos, qui harum rerum superstitione minime ducuntur, minime quoque spectra apparere, adeo ut apud illos plane dubitent, an sint?* Habet hoc comma ambages et rimanda. Quidquid sit, qua conductores agitur de possessione quieta, aduersus turbas, sive diabolus, sive mali homines causentur easdem; salvo dubio, cui, an locatori, an conductori insultetur. Novimus casum Meckl. Duzoviensem, nostri temporis, in quo spectris infestari diversorum venditabatur; *vid. Acta litt. Rostoch, de anno 1725.* Novimus autem et amicum, qui detegebat artificia malorum hominum, domino emolumenta inadvertit. In operibus *Thomianis*, f. r. *Zurrische Händel*, editis, sunt casus curiosissimi et inter illos Görlicensis ille famosissimus. *Leg. Goldschmidts höllischer Morpheus* et habebuntur multa. Cogitetur de arte Passavensi, der Festmacher-Kunst, und denen Höllen-Hendern: dem Glinten-Besprechen,

chen, de lycanthropia, vom Warewolfe et aliis nugis atque nac-  
niis, quibus accensimus, una cum philtris, specialia operanti-  
bus, das Herhaspel des Geliebten: vom Herbringen, desselben, auf  
einem Bock. *Vid. Sel. Iurid. Rost. fasc. 6. Sp. 3. Leg. B. Struv.*  
von der Wasser-Probe der Hexen, *Ien. 1687.*

## IX.

## Continuatio.

Placet, dissertationem allegatam, *Strykiānam, de Iure spectorum,*  
excerpere. Prima quaestio, a §. 12. haec est, an propter spe-  
ctra, quibus infestatur alterutra persona, queant dissolvi spon-  
salia, imo ipsum matrimonium? decisio fluctuans non placet  
nobis. Affirmamus, qua sponsalia: negamus, qua matrimo-  
nium. Quae delitacis, qua excusationes, ob terriculamenta  
spectrorum, sequuntur, violenter sunt in censum redacta. An  
comparatio spectrorum, in perficiendis testamenti solennibus,  
actum continuum interrupat? quaestio est, absque praxi.  
Sequentia agunt, de praediis venditis et locatis. §. 27. fit quaes-  
tio: an presumenda sit mors ejus, cuius conspicitur umbra?  
cuius decisio est lubrica. Pergitur ad actionem injuriarum,  
qua spectrificationes, §. 30. Traditur, cavendum esse, ne de-  
linquentes derineantur, in carcere, spectris infestato. Incidit  
mihi passus curiosus, Rostochiensis, ex protocollo academico,  
de anno 1603. Instituebatur deliberatio communis, de car-  
cere Studioorum, sub curia, aliorum, propter spectrorum in-  
commoda, transferendo et decernebatur, locum esse paran-  
dum, in Collegio philosophico. Est abinde in dicto loco, ex-  
cepto illo, quod vocatur das Fünfen-Bauer, cuius usus, rarius,  
per virtutes Studioorum, superest. Tandem differitur, de  
crimine stellionatus, si quis effinxerit spectrum et absolvuntur  
paginae, positionibus, de officio magistratus et ministri eccl-  
iae circa spectra. Legantur edita meekl. Gustav-Adolphina,  
contra impieates circa festum Nativitatis Christi. Agmen  
ff. claudit B. Lutheri judicium: *Ists, daß du etwa in deinem  
Hause, hast einen Polter- und Kumpel-Geist, so mache nicht viel-*



**D**isputirens : coetera textus habet, in Postilla ad Fest. trium Regum Corollaria potiora haec sunt : *Homo Christianus vix habendus est, qui spectra omnia negat ac ridet.* Absurda est illa formula : alle gute Geister loben Gott den Herrn, s. adversus spectra adhibeatur. De thesauris multa superstitiosa, §. 16. s. ventilantur. Nos dominium in thesauros diabolo plane denegamus : Hinc lusisse putamus nostrum B. SCHÖPFERVM, in Syvops. Pand. tit. de A. R. D. n. 47. scribentem : *magis ardua quaestio, an spectrum, thesaurum nobis indicans, sequi quis possit, n. t. λ.* Addimus, ex Iure feudali, lepidam quaestionem, num vasallus ligius etiam adversus spectra servire teneatur ? Vid. a LVDEWIG, ad A. B. P. II. p. 119, et post illum FLEISCHERI Inst. Jur. Feud. Cap. 4. §. 77. Casus fuit, daß ein Lehnsherr seine Männer obligiren wollen, ein, von Gespenstern, beunruhigtes Schloß zu bewahren. Negativa est decisio, weil der Teufel, als ein Geist unsterblich wäre, sie aber nur zu dienen hätten, gegen alles, was lebet und stirbt.

## X.

*Quod dentur spiritus, qua angelos et hominum animam, intermedii, et theologicē et philosophicē negantur.*

Plena sunt gentilium scripta, de geniis et variis daemonibus subordinatis. Egit de illis, aliquando, in festivali programmata, *Dn. de BALTHASAR, ICtus Gryphicus illustris.* Apotheoseos deliramenta et fallaciea ubique palpantur. In ipsa ICtorum pagina, de heroibus, et in militia occisis, perpetua gloria viventibus, item de distinctione, inter Deos superiores, medioxumos et minimos, sive inferos, manes eriam dictos, habentur nonnulla, in hunc diem, interpretem juventia. Vid. textus varii et legatur progr. Rectorale, amicissimi nostri specialis Collegae, *Dn. BALEKEN, in execu. optimi Consulis, Dn. BESELINEN.* In diff. dilectissimi mei filii, *Past. Petrini, M. I. H. Manzeln, nupera, de deisdaemonia,* distincte multa, hunc passum ferentia, proponuntur. Cui non dictae sunt fabellae, inter nos, in hunc diem continuatae, de ephialte, dem Alsp, oder Maar : vom Berg-Männlein, speciatim vom Rübezähli, vid. spec. diff.

*diff. Posneriana, de virunculis metallicis.* Vom Chimcken und Nahungs-Männlein, vid. nostra diff. de idiotismis Meckl p. 23. Vom Alsrünken, Aschenpößel, oder Aschenpüster. *Vid. Sel. Jur. Rost. f. 3. p. 24. ibique all. Cleffel.* Von denen Undererdshens ic. De ludicra investitura, cum iure capiendi, die Hobolden, forte mecum audiuerunt alii. De Spiritibus familiaribus soepe cantare solebant acta inquisitionalia, adversus sagas. *Legatur etiam diff. M. Neumannni, de Fausto praefigiatore, hab. Witteb. 1683,* cui accessere aliae hunc innocentem Faustum, in stultis comoediis, soepe exegitatum, defendantes probantesque, quod odium Papicolarum, adversus typographiae, ipsis invisa, inventores, inter quos est etiam *Io. Faustus Vid. multis TENZELII dif. von Erfindung der Buchdrucker-Kunst, ed. 1700.* bonum illum virum creaverit Doctorem et denigraverit, ceu einen Schwarzkünstler, in malo sensu. Tribus, Johann Fust, irem Fusth et Fauste, erat vir ingeniosus, der die Prenterey in Gestalt brachte, *vid. Tenzel p. 19.* Quam vellem, nomen autoris, elegantis scripti, inter meas reculas delitescentis et in continentia, inter tot observanda, non detegendi, *de Eruditis, spirituum familiarium usu suspectis.* Legi debebantur, ante aliquot annos, narrata, de entibus novis, Hungar is praesertim, dormientes opprimentibus arque, qua sanguinem, exsugentibus, sub nomine derer Bampyren. Disparuerunt illa et scripta tunc temporis edita sunt ad non-pragmatica reposita, jacentque penes illa, de masticatione mortuorum et de chibbut hakkepher, vulgo von denen Schlägen im Grabe. Cogitetur tamen de exemplis apparenter mortuorum et cito nimis sepulchorum. *Vid. Historia Imperatoria, lepide a nonnullis dicta universalis, de Imperatore Zenone. Add. Doctores ad tit. ff. de relig. et sumptibus funerum.* Leg. *M. Theod. KIRCHMEIERI dif. de hominibus apparenter mortuis, Vitae. 1681.* quae refert exempla curiosa, ex Apulejo, D. Augustino, Thuanio et aliis, inter quae ultimum est locale Wittebergense de vitriario Augusto Schwencken, tempore disp. adhuc vivente, qui post tridum revixerat. Proh! danturne signa mortis infallibilia? Hanc quaestionem esse juridico-medicam, et qui-

B 3

dem



dem arduam, quis negaret. Angustia paginae prohibet re-  
censionem casus, ex dicta dissertatione, C. 2. §. 3. da eines für  
todi gehaltenen Testament publicaret und derselbe dagegen pro-  
testiret. Sperabamus aliquid, huc faciens, ex disp. B. WFRN-  
HERI, Praeceptoris nostri olim summi, de mortuo vivo, Wittib. edita  
anno 1709, sed spes nos fecellit. Plura habet, Du. IOACHIM,  
in diss. de mortuis redirivis, Lips. 1732. Bergeriana, de eodem the-  
mate, num extet, dubito. Dabunt veniam, Lectores Bene-  
voli, digressionibus variis. Noluerunt Auditores, excitare  
studium, qua promissum nuper Collegium, fabularum ex omni-  
bus scientiis relegatorum; accepissent, credo, multa inexpe-  
ctata pragmatica. Sed disfusarunt, uti accepi, amici, per an-  
tiphrasim. Vid. in hoc filio, MÜLLERV, de magis tempestates cien-  
tibus, Witteb. 1676. HILSCHERVS, de exercitu furioso, vom wü-  
tenden Heet, Lips. 1688. MERBIZIVS, von Wechsel-Wälgen und  
Wasser-Nixen, Lips. 1678. Placuit allegare nonnulla scripta  
quantitate minora. Majora minus effugient notitiam. Refero  
ad illa, Wierum, Godelmannum nostrum, vid. Etwas juxta indi-  
cem passim; item nostrae medit. ad Pand. sacras, n. 52. Bekkerum,  
Batavum, alias, e. gr. Richterum, scribentem vom Neiche des  
Teufels, item autorem libri, s. t. Geschichte, des Teufels, ed. 1733,  
quasi translati ex lingua Anglicana, cuius libri primi, cap. I.  
praeparat animos lectorum, ne exhorrescant, sed sobria expe-  
ctent, quae etiam salvis passim rectioribus, promuntur theo-  
logico - philosophica. Volvatur das Journal, aus dem  
Neiche derer Geister. Satis! nam de obsessionibus manemus  
in biblicis veritatibus, ut ICti tamen strenue norantes maliti-  
am et crima stellionatus, nonnunquam curate exploranda et  
graviter punienda, atque punita. Fames pro optimo habe-  
tur medio eruendi veritatem. Nuperrimum scriptum D. RY-  
BELII, s. t. systematische Abhandlung, von denen eingerissnen Ir-  
thümern, betreffend die Besitzung, des Menschen, vom Teufel, die  
Hererey, die Gespenster und Erscheinungen sc. noluit placere re-  
censtentibus. Nos illud nondum legimus. Diff. Detharding-  
Steverianam, de obsessione, bene novimus. Addimus unicum, pro  
ICtis,



ICtis, soepe in examinibus, ad excusandum, occurrens, quod  
nemps delinquentes provocent, auf des Teufels Eingeben und  
Versührung. Nihil illud curatur, sed simile habetur, in foro,  
excusationi, von der Schwachheit des Fleisches. Habui exem-  
pla respondentium, sie hätten es nicht lassen können : es wäre im-  
mer so gewesen, als wenn jemand ihnen gesaget, man solle das thun.  
Defensoribus interea non invidemus, argumentum, aliquod  
generale, a mortalium conditione, imo a speciali tempera-  
mento, defundit ; modo illo non utantur in maxime proae-  
reticis, diu praemeditatis et truculentissimis, ceu in hoc Deca-  
natu habuimus, criminibus. Si placet interea casum practi-  
cum, de incendiaria, legere, evolvatur *Strykiana diss. de Iure*  
*Speculatorum*, §. 32. et habebuntur artieuli, cum responsionibus,  
multi, ex chartulario Fac. Hal. anni 1700. Inclinarunt in sen-  
tentiam mihiorem ; cui subscriberem, si argumentum proba-  
bilis insaniae exinde suppeditareetur.

## XI.

*De cultu angelorum videantur alii.*

Anno 1757. Helmstadii, M. I. F. WEITENKAMPE, habuit,  
methodo, ante annos nova, bodie rariori, conscriptam, disp. de quaestione,  
an denur officia erga angelos ? Placuit autori negativa, §. 26. in  
hanc summan redacta : sequitur, omnia, quae excogitantur officia,  
erga angelos, non veri nominis esse officia, sed ad classem impossibilium offi-  
ciorum referri debere. Iudicent, de medio termino, alii, Legatur omnino  
Excell. nostri Dn. AEPINI, progr. rectorale, ex anno praeterito, de pri-  
mitiva ecclesia, angelorum cultum aversante. Allegatur in illo, B. Pa-  
rentis progr. de angelotatria, aliquando sub nomine Carmoniano edi-  
tum. Concilium Laodiceum, hab. A. C. 364. cultum ange-  
lorum, can. 35. jam damnavit. Distinctio Pontificalia, inter  
δελέας et λατέρας, quam ruinosam vocat B. ZEIBICH, diss. cit.  
p. 13. est ex palliis, et depravatio can. Load. per lectionem:  
angulos loco angelos, facile ex contextu detegitur.

## XII.



## XII.

*De festis Angelorum hinc facile judicabitur.*

Supereft, absque periculo, Michaelitanum, de cuius origine, *vid. Dresser, Hildebrand, alii. ICtus evolvat Conſtit. Imp. Manuelis, post Nov. Iuſtin. c. 2. In Can. I. de Conſecr. aift. 3.* iubetur feriari festum Michaelis Archangeli, quo nomine orthodoxis venit Iesu Christus. Sanctio imperii R. G. Auguft. de 1548. tit. von denen Ceremonien, exprefſe ad dies festos refert Michaelitanum. Provinciales Ord. recenſet B. Wildvogel, l.c. p. 32: Addimus Meckl. Iam anno 1557 ita legitur, in der Kerken-Ordeninge, fol. 88. b. De Dach Michaelis, an welcheren de Lere, van den hillige Engeln, deme Volcke ſchal vorgedragen werden. Repetitum est verbotenus anno 1602.

## XIII.

*Templa, angelis dedicata, praeter Michaelitana, non novimus.*

Quae supersunt, Archangelo increato, Iefu Christo, maneant ſacra. Heic, Rostochii, supereft, degenerans in armamentarium atque granarium, Coenolium S. Michaelis. Habet illud et nomen latinum, Communis vitae. Erat, ante reformationem, in illo, bibliopolium et typographia, ex qua rariores supersunt nonnulli libri, imprefſi, uti in ultimis lineis legitur, apud S. Michaelem. Videant earum rerum cupidi, qui supersunt, Etwas, juxta indicem generalem v. vom Frater Cloſter. In genere *vid. ZIEGLER ad Lancelottum, Lib. II. tit. 18. §. 12.* D. Augustinus anathematizat, angelis templa consecrantes. Pontificii consecrationem illam diſtinguunt, in primariam et ſecundariam. Nobis ſufficit, ejusmodi angelolatriam inter Protestantes non tolerari ut novam. Antiqua nomina maneant, absque periculo excessus.

## XIV.

*Picturae angelorum habent, quae placent, quae offendunt.*

Omnium optimae ſunt figurae angelorum telamonum, ad insignia Gallica. Transferunt illae, ſub nostro Duce CHRI-

17

CHRISTIANO LUDOVICO I. gl. m. ad insignia, hinc  
sigilla et monetas, pro tempore, Mecklenburgicas. Similes  
sunt, qui gestant, coronam Reginae Hungariae super insi-  
gnia. Bene! Placent. Sed an solum caput angelicum, uti  
est in Comitatu de Thun insignibus, eligi queat, suo loco re-  
linquo. Haberem, quae de alis angelorum differerem, sed  
nolo. Picturae habent virtutes, habent naevos. *Leg. B. GOEZII  
diff. de pictura Papissimi promotrice, publ. 1713. et conf. diff. Rohri,  
Fabricii, Hilscheri et Dassovii, de pictore errante.* Lectu jucundus  
est libellus, ed. 1749. f. t. Zerrthümer und sellsame Einsätze der  
Mahler, M. Georg. Belli: respexit Autor praccise Historiam  
passionis Salvatoris. Nostro aeo de Seraphinis, denen Se-  
raphs, soepe aliquid legitur, in laboribus poeticis ad genium, ut  
ajunt, saeculi. Anthropopatiis sit modus, *vid. B. BAUMGAR-  
TEN, disp. spec. p. 33. it B. nostri ENGELKEN inaug. add. cogitata  
Lufschkiana, ex hoc anno, de allegoriarum in sacris abusu, p. 13.* Nota  
multis est postilla Meyeriana, quae ad festum Michaelis, re-  
fert, ex Concilio Nicaeno secundo, anni 787, item de pictura  
angelorum, et format propositionem sequentem, ex praesup-  
posito, angelos pingi posse: *Das Gemälde, oder Bild eines En-  
gels, an welchem zu betrachten, 1. seine Augen, 2. seine Arme, 3.  
seine Füsse.. Deductio spirat pietatem et eruditionem. De alis  
nihil habetur. Excedit illarum situs omnem proportionem,*  
*Conf. Dn. HOLLMANNI, Vortrag, von Gott und der Schrift, C. I.  
Sect. 3. §. 17.*

#### XVI.

*Est etiam ordo equestris S. Michaelis, in Historia Gallicana, paucis illis  
Historiae cultoribus, juxta fata et periodos, notus Plura de  
monetis et insignibus.*

De insignibus volvantur Heraldiae, maxime Heros  
omnium SPENERVS. Qua monetas, apparent, in antiquiori-  
bus Romanis, figurae geniorum, picturas angelorum, puto, il-  
lustrantium. Non est, hic loci, artifex ad manus, qui inseren-  
das figuras faceret aeneas. Evoluantur opera concernentia. Si  
quis

C



quis cupit videre originalia, jubeat et a nobis habebit argenteas atque cupreas, Trajani, Impp. Vespasianorum atque meminisse juvat monetae aereae, venientis, sub nominibus Engel-Lotten et Engel-Thaler, vid. Lilienth. Cabinet, n. 530. Qua equestrum ordinem S. Michaelis vid. ex multis succincte R. TRIER, in der Einleitung zu der Wapen-Kunst, ex edit. Feusteliana, p. 242. Conf. scriptores, de puella Aurelianensi, Archangeli Michaelis inspirationes crepante. Degenerabat ordo ille, ceu et aliis, quibusdam, ob multitudinem gestantium, accidit, et solebat vocari *le collier a tous les beres*, donec Hinricus III. eundem cum ordine S. Spiritus conjungeret. Antiquitus Galli solebant multum gloriari de protectore Regni S. Michaelae : Referabant miracula ejusdem bellica et jungebant historiam tituli Regii : Primogenitus ecclesiae filius. Sed hunc passum exhaustus B. WILDVOGEL, l. c. Sezt. I. §. 9. Sezt. II. §. 22. pergens §. 23. ad vexilla Imperatorum Christianorum Graecorum, cum Archangelo Michaeli, quem αγχιστήριον appellabant. *Vid. du FRESNE.* Nos meliora tenemus, Christum sub Michaeli intelligentes. Conferatur interea signum ordinis Gallicani cum hodierno textu, de Michaeli, draconis exturbatore. In genere, de liliis, anno 1756, Tübing. Hist. Prof. de LOHENSCHIOLD, diff. spec. docuit, et ap. 17. evicit, irides originetinus esse. Satis, pro paginarum penuria. Remitto iterum ad Heraldicam, angelos praebentem, e. gr. inter Russica, aquilam bicipitem cingentia, datur Kujaviensis angelus argenteus; in Lobkowiziano est aureus angelus dimidiatus, quem artis cultores vocant einen wachsenden Engel. Pictoribus etc. Familiarum nonnullarum *armes parlantes*, per figuras angelorum occurunt creberrime. De vexillo, utriusque plagae Imperatorum, Michaeliem ferente, vid. excerpta, apud du Fresne.

## XV.

*Blasphemiae in angelos dantur et graviter sunt puniendae.*  
Amplus, de hac impropria, sive mediata blasphemia, est, Wildvog. Sezt. 3. §. 1. 2. et res, argumento a sanctis, etiam per

per Recessus Imp. speciatim Ord. Pol. Imp. de 1577. tit. 3.  
Meckl. O. P. sequens alias Recess Aug. de 1530. tit. von Got-  
tes-Lästerung, nihil habet de sanctis. Placet hoc loco allegare  
Nov. Iustin. 146. c. 2. damnantem blasphematores Dei, per  
haereticos Angelicorum, statuentium Angelos creatores, ad  
proscriptionem imo ultimum supplicium usque.

## XV I.

*Si angeli heredes instituti, vel illis quid legatum, cui hoc debebitur?*

Consentiente *Wildvangelio*, p. 26. inutilem esse dispositio-  
nem, non statuimus. Etiam Deo aliquid relinquere posse, innu-  
unt l. 5. §. 12. ff. de donat. int. V. et U. l. 1. §. 5. ff. ad L. Falc.  
Accedit l. 26. C. de S. S. Eccl. in qua deciditur, quod Iesu Chri-  
sto legatum cedar ecclesiae istius loci, in quo constitutus erat  
defunctus. Textus idem extendatur ad Angelos. Detur casus  
et respondemus, juvante B. Icto Jen. TRIESEN, ex disp. hab.  
1703. de Christo Servatore herede instituto. C. 2. 3. Add. B. nostri  
SCHOEPEERI, Syn Pand. tit. de hered. instit. n. 6 s. quo cum Stryk.  
ad Br. l. E. Z. 2. C. 12. §. 14. qua Protestantes in casu defici-  
entis corporis, a Sancto denominati, in loco, abit a lege vici-  
niam quaerere jubente. Aliter Facultas Iurid. vid. diss. FRIJANA  
C. 3. respondens, dieweil in denen gemeinen Rechten, ausdrücklich  
geordnet, daß, wenn ein Engel, oder Märtyrer, oder sonst ein Heil-  
iger zum Erben eingesetzt, oder ihnen etwas vermachte, sodann hier-  
durch zuförderst derjenige Ort, welcher in der Stadt, oder Nachbar-  
schaft denselben gewidmet, zu verstehen ist. Strykius, Schoepfer et  
Brunn. statuum, illam capere in subsidium ecclesiam, in qua re-  
stator sacriss est usus: Tandem, qua Christum, laudamus propter  
Matth. X XV. 35. decisionem Fac. Iurid. excerptam d. D. p. 34.  
Dieweil aber, in dergleichen Fällen, das Abscheln auf das sämliche  
Armut, in perpetuum, und nicht allein auf dero zur Zeit des Ab-  
sterbens vorhandene individua gerichtet wird; so ist T. Verlassen-  
schaft, unter die Armen desjenigen Kirchspiels, woselbst gedachter T.  
eingepfarrt gewesen, nicht an Capitalien, sondern an denen hievon  
einalaufenden Zinsen, also jetztberührten Capitalien unbeschadet, zu-  
ver-



vertheisen. Veteres ICti cautelares usi fuere, ut eviteretur litigia, verbis: den Armen thom = den Gecken tho = in de Hand. Vid. testamenta Rostoch. im Etwas, passim, e. gr. Illustré Hasselbeckianum, anno 1737. p. 38. Zum Closter Beilehem, nahe vor dem Cröpelinschen Thore. Add. Nov. 131. c. 9. Liceat mihi incidere, quid statuendum, si quid legatum, dem Pastori zu S. = Nos inde facimus ein Canel-Capital, pro Pastore. Idem sentiendum si in plurali scriptum: denen Pre-digern. In omnia alia itur, si nomina adjecta, vel cum, vel sine praemissio Herrn, vel Herren, vel Chrn. A quo solo praefixo autem non decidendum pro modernis.

## X VI.

*Non est jurandum per angelos.*

Cessat igitur Novella Iustiniani nostri octava, qua tit. 3. praescribentem formulam juramenti, a Praefidibus Provinciarum praefandi: *Iuro ego, per Deum - et per Spir. S. et per Sanctam gloriosam Dei genitricem - et per Sanctos Archangelos, Michaelem et Gabrielem.* Quo loco obiter notamus, juramentum idem praestari juberi Dominis Iustiniano et conjugi Theodorae. Vid. scripta Engelbrechto - Iugleriana cultissima. Expectentur paginae, de Conjugibus, etiam Meckl. coimperantibus. Leg. D. ZEIBICHII, Theol. Witteb. diss. ex anno 1739, de juramento, per Dei genitricem et sanctos reliquos minime praefando. pof. 5. p. 43. An juramentum extrajudiciale, quod arbitrariam patitur formulam, excipi queat, foret disputabile.



COROL-



## COROLLARIA.

1. Homines appellari et praenomine et patronymico, Engeln et Engelken, placet; Consentit B. FECHTIVS, in progr. Mich. de 1709. Dispicet autem dari familias, sub nomine Herr-gott. Quantam depravationem passum sit nomen Theophilii, probat Historia, etiam ecclesiastica Rostochiensis: accessit alius fons ex nomine Christophori, in diminutivo Stoffel, Töffel scilicet.
2. AYRERI Proces, Luciferi wieder Jesum, olim, ceu probant et iam toties repetitae editiones, Practicorum, erat anchora. Nos subscribimus Cel. Dn. LENICHEN, eatenus, quod liber ille ad prohibitos merito foret referendum. Fiat rarus, ceu aliis, latinus, sub titulo: *Processus Sathanae contra genus huma-num, coram Iesu Christo agitatus, comparente Maria advocata, ed. Basili. 1517, in 8.* Nos eundem, propter vetustatem typorum, referimus ad nostra curiosa. Alius processus possessorius, genus humanum concernens, meretur rogum, quo turpis extinguaruntur memoria.
3. Dei est devote veneranda sapientia, quod denegaverit diabolo, qua tali, vim aliarum rerum locomotivam. Ridiculum igitur fit, quidquid de sagis, in hunc censum, qua itinera, ad montem Bructerum, qua thesauros, qua opes per draconem allatas, item qua visibiles sublationes et lacera-tiones hominum etc. veniens, fertur, imo quod ipsae confi-tentur: Animadversione dignum, quando dicitur, das und das habe der Teufel gehohlt: es sey weggewesen, als wenn es der Teufel gehohlet hättte. Sed manum de tabula! Speciatim di-vinam eamque miraculofam permissionem neutiquam nego. Multa sperabam, ex nostri olim Theologi, B. HABICHHOR-STII, diss. de Concilio, cui interveniebat Satanus: Sed rubrum me fecellit. Vid. pagina omnium ultima, ubi Autor illudit hiatum. Curiosum, in mea praxi, habui exemplum, in actis Stettinensibus, ad quae, ex crimine de residuis pulsatus, I.



T. strenue obmovebat, et hätte die Einnahme in den stark verschlossenen Kästen richtig gelegert: der Teufel müßte, wie er das ja könnte, etwas daraus entführen haben. Sed apage!

4. De suggestionibus, omnino concipiendis, supra. Habentur de illis arduae diss. theol. pariter ac sub rubro telorum ignitorum. Pie sibi confulant, qui illud continuum negotium, mugientis leonis, observant et fidei constantia arcant. Incidit palus Pauli, de quo scriptores speciali opera in novissimos dies differere pergunt. Mihi semper visus fuit ille locus evidentissimus. Sed habemus ejus generis plura, scripturientes frustra occupantia. Vid. Scyphus Iosephi et aquila rejuvenescens, quibus nihil est clarius.
5. Anima humana non habet imperium absolutum, qua cogitationes et ideas, intuitu oblivionis. Notentur locutiones, sich etwas aus dem Sinne schlagen: etwas nicht aus denen Gedanken kriegen können: sich mit schweren Gedanken plagen. Respiciantur melancholici, item vires imaginationes, de quibus soepe satis meditari debet Ictus, maxime in criminalibus, vid. Selecta Iurid. Rost. fascic. VII. Spec. 2. Quam vellem nos tristes habere penitorem cognitionem, status illorum insanorum, qui, in suis speciebus, et actionibus anomalis, sunt methodicissimi. Qua stupidos, blytheos, blaefos, bardos, simplices et simplicissimos, facilis est responsio. Leg. der gelehrte Narr, Freyb. 1729.
6. Quae situs, aliquando, minister ecclesiae, wie es zu gehen, daß in denen Symbolis fidei tribus palmarii, und im ganzen catechismo Lutheri, von denen Engeln nichts enthalten? respondit nihil.
7. Ad absurdia referimus, quae cantabantur olim, circa torturam sagarum, in anaesthesia cadentium, daß die Teufel die Tortur für dieselben aufzuhalten; unde plura, qua tonsuram, sequebantur absurdia, similia alapis et porci a carnificibus praestito torquendis; vid. B. LVDOV. Peinl. Proc. cap. 9. §. 18. 27. add. B. STRYK. de I. S. diss. 7. c. 4. n. 16. f. Habuit

Habuit nostra Facult. Iurid. ante triennium, memorable  
insensibilitatis exemplum, in actis, quorum excerpta alibi.

8. Quaeritur: num Theologus, in ecclesia Luth. inclitus, B.  
Salom. Gesnerus prudenter egerit, cum anno 1603. cederet,  
den Sendbrief, welchen der Satan an den Papst zu Rom und  
an seine geistlose Pfaffen geschrieben? Post pacem Westphal-  
icam negativa juridica responsum est in promptu. Conf.  
B. REINHARTHI, *Icti Erf. et Götting. edecumata diss. de clero,*  
*per abusum officii pastoralis, Legi imperii atque tranquilitatem pu-*  
*blicam violante ejusque coercitione, hab. Erf. 1724.* Exemplum  
Rostochiense, ex anno 1678. probat Imperatoria indignatio,  
jubens punire graviter, Magistrum I. M. P. propter la-  
pidariam inscriptionem. Dictae litterae diaboli habent cu-  
riosa curialia, e. gr. subscriptions:

Beelzebub. Farfarellus. Carabriga.

Pictus, in fronte, nuncius,  
epistolam offerens, in pleno confessu, meretur considerari.  
In genere talia, etiam mitiora, plus nocere, quam juvare,  
statuo atque exemplum mitiorum nominis, den apostolischen  
Sendbrief, der Fürsten der Apostel, Petri und Pauli, an Herrn  
Paulum, den fünften, Papsten zu Rom, ed. Lipsi. 1607. Sunt  
et hujus epistola curialia, de denotandis: Geben in unsern  
Dacacia, in dem Capitulo - Im Namen der Fürsten der  
Apostel, hat, aus befieh untergeschrieben,

S. Marcus, der Evangelist  
und Naht und Canzler.

9. De usu politico Festi Mich. vid. diss. nostrae, s t. *Calendarium*  
*Iurid. Meckl.*

10. *Can. 29. C. 13. qu. 2.* est curiosus satis et qua substantiam,  
ita est conceptus: Fatendum est, nescire mortuos, quid hic agatur.  
sed dum hic agitur: postea vero audire ab eis, qui hinc ad eos mori-  
endo pergunt. Possunt et ab angelis, qui rebus, quae agun-  
tur hic, praeflo sunt, audire aliquid mortui, quod unumquemque  
illorum



*illorum audire debere judicat, cui subjecta sunt cuncta. Canon est ex Augustino Patre, Conf. B. nostri FECHTII diss. de quaest. Ob man denen Verstorbenen einen Gruß mitgeben könne? bib. 1706. Ex qua, textum nostrum Ven. Viro vel Diff. autori, Dn. Schilbergio, Gedan. non incidisse, probant paginae. Procul hinc psychohypnichitae! Conversatio num sit, inter coelites, pars beatitudinis, quis dubitaret. Quae glossa, ad dictum canonem, de specie media mortuorum, qui sunt in purgatorio, cantat, risum lectori movent.*

**11.** Quae c. 45. dist. 2. de poenit. de angelo principe Beemoth de novem ordinibus Angelorum, cum aliis effteruntur, leg merentur a Dnn. Théologis, examinaturis. Quam vellem legere brevissimas selectasque stricturas theologicas, ad integrum corpus Iuris Canonici.

**12.** Crassa est glossa, ad l. 7. C. de feriis: *B. virgo Maria est supra apostolos, angelos et Archangelos.*

**13.** Demittitur, in nonnullis templis, angelus, largiter alatus, tenens phialam cum aqua, ad baptizandum infantulos: vocatur ille der Tauf-Engel. Transeat; sed credebant, ante aliquot annos rusticis parochiae S. alium baptismum non esse ejusdem honoris et efficacie. Luebant superstitionem.

**14.** Otiosa est diligentia, indagatura sedem inferni. *Leg. B. HA. FERVNG, diss. de sede inferni, in sole querenda, quae concepta est, contra opinantem.* Anno 1757 prodiit liber gallicus, praetexens versionem ex anglicana, s. t. *Recherches sur la nature du feu de l'enfer, ou il est situé.* Qua picta, in templis etiam, judicia extrema, suspendo judicium.

**15.** Recensus, progr. festiv. Mich. Rost. in opere, s. t. *Etwas, 1741. n. 41.* probat Antecessorum inventiones, qua opuscula illa. E. gr. egit 1663. *B. WILLEBRANDVS von Mittelgeistern: 1711. B. SCHAPER, de angelis medicis, 1715. B. de KRAKEVIZ, de Litaniis Pontificiorum, angelos invocantibus; 1721. B. CARMON, de viginti beneficiis, per angelos. 1723. B. DETHARDING,*

- DING, *de approximatione angelorum, cordi habenda.* 1724. B.  
 AEPINVS, *de apparitionibus angelorum, nec expectandis, nec expetendis.* 1736. idem, *de angelis sanctis, cœn Dei ad homines legatis.*  
 1739, idem, *de Christianorum, circa malos angelos, officio.* 1741.  
 III. DETHARDINGIUS, *de potentia angelorum, agendi in corpora.*
16. Habent et I<sup>C</sup>ti suas Visiones, vid. e. gr. l. 8. §. 2. ff. ad SC. Vellej l. 29. §. 5. ff. mand. Hinc I<sup>C</sup>torum opera s. t. Visiones, quae tractant Theorematum, Betrachtungen; juniori aeo meditationes dictae. Cogitetur de substantivo: ein Videretur.
17. DONDORFI progr. f. r. questiones juris, *de angelis*, ed. Lips. 1735. frustra quæsivimus. B. WILDVOGELII, progr. *de cantibus angelicis, ad can. 55. de consecr. diff. 1. ed. len. 1699.* habemus et legimus. Textus duos tantum angelis, in N. T. tribuit hymnos: Alleluja et gloria in excelsis Deo. Qua Alleluja, B. noster QVISTORPIVS, in annotat. bibl. in Ps. 93. exprobrando vel fratris ignorantiae, vel nimie laeden-tis etymologiam allegat, ex al, altissimus: *le*, levatus est: *tu*, lugebant Apostoli et *ja*, jam resurrexit. Novimus, quod componatur ex *alleluia*, laudate et *jab* Deum. Vid. Turnerus Anglus, de abscondito tetragrammato. In veteri Iure Feudali Sax. cap. 4 legitur: und dazu die 70 Tage, von der Zeit, da man das Alleluja hinsieget, bis angehend den Ostern. Vid. nostrum progr. rectorale, ex anno 1740, ad dictum canonem, in se-  
*sto Nativi Christi, De nexus gloriae divinae, pacis et tranquillitatis.*
18. Qui segetem scriptorum, *de angelis in genere, de bonis et sanctis, item de malis in specie, item de obsessione et de spectris ambit, evolvat* B. Eilienthal<sup>s</sup> theol. homil. Archiva-rium, ed. 1749, a p. 142. inveniet, inter vehementer multa,  
 I. C. KOECHERI, scr. *de bonis angelis, Doctorum Theologiae titulo ornatis*, Goett. 1737. G. P. OLEARII, diff. *de reverentia, erga angelos, spuria et genuina*, Lips. 1725, I. W. RUMPAEI, qv. *Utrum detur aliqua diaboli, in hoc mundo, operatio?* Grypb. 1706.  
 I. C. SCHWARZII, diff. *de usu et præstantia daemonum, ad demonstrandam naturam Dei*, Alt. 1715. H. TURBAN, diff. *de existen-*



*existentia angelorum, ex obſeſſorum effectis, non demonstrando, Wit-  
teb. 1701. D. RICHTERI, diſſ. de conciliacione Spirituum, Jen.  
1716. I. I. RHODEN, ſcr. de celebri ſpectro, der weiffen Frau,  
Reg. 1703. S. F. FRENZELII, diſſ. de ſpectro Nübezahli Wi-  
teb. 1740.*

Sufficient haec, quibus subnecto admonitiones, velint Honoratissimi atque Humanissimi Civis Academicci suam curare ſalutem et hujus et futurae vitae: Velint procul arcere, omnes doctrinas, quas diſeminant, vulgo ita dicti, starcke Geiſter, quosque rectius vocamus, die kleinen Geiſter, oder Popanzie, in der gelehrten Welt, qui mundus habet formam ochlocratitcam, ſive confufe anarchicam. *Conf. Dn. ab ENGELBRECHT orat, ex anno 1737. de nullo, inter eruditos, et ſigillatim ICtos, impē-  
rio, niſ rationis et modiſiae.* Imperium revelationis ſit ſemper salvum atque ſacrum. Procul hinc Irreligionarii atque Naturalistae Deiftaeque: Capiatur, qua angelos, praeter ea, quae in progr. Mich. 1755. de defenſeratione, inculcavi, ſequens Ps. XCII. revelationis aurea particula: *Der Herr hat ſeinen En-  
geln beſholt, über dir, daß ſie dich behüten, auf allen deinen We-  
gen: daß ſie dich auf den Händen tragen und du deinen Fuß nicht an  
einen Stein ſtößest.* Conf. Hebr. I. 14. definitio angelorum, qua hanc partem officiorum. Rem ſciunt probi, nec modum plaine ignorant. Legantur Danneils Troſt-Gründe der chriſtlichen Religion, wie der Schrecken des Todes zubefiegen, Cap. 2. §. 53 f. Tandem accipientur, ex eleganti libello veteri, *Le Conſeil des sept Sages de Grece, à Gand.* 1550. 12mo. decerptae, ex multis regulac, ſequentes, juxta ordinem Collegii. Ajunt autem:

THALES: *Magna res, futurum providere.*

SOLON: *Imperium diſcens pati, melius exercere ſciens.*

CHILO: *Nosce teipſum.*

PYTHACVS: *Quae feceris parentibus, eadem a liberis expectato.*

BIAS: *Velociter loqui faſtidi: Audi multa: loquere oppor-  
tuna: Indignum hominem ob divitias minime lauda.*

CLEO



CLEOBVLVS: *Beneficii accepti memento.*

PERIANDER: *Ea facito, quorum non poenitebit: Affabilis  
est: Ne tempori credideris: Cogita totum.*

Optabam, in oratione auspicatoria, in hoc Rectoratu,  
Solemnia Pacis universalis: Sed ea Dominis Successoribus  
dirigenda relinquere cogor. Votum meum depromam ex  
miraculo poetico Steiniano Rostochiensi, ex anno 1638.

*Pacem det tandem Iova tua gratia nobis.*

Vid. *Etwas*, 1741. p. 72. f. Miraculum eapropter appellatur,  
quoniam unica linea 792. vicibus, absque corruptione sensus  
et prosodiae, mutata sifstur. Nisi amici curiosorum ad pau-  
cos effent redacti, mereretur novam editionem.

Floreat Academia, ceu Rosa inter spinas. B. nostri Pro-  
fessoris SIMONII verba, ex orat. de Bono Academiae, funto fina-  
lia: *Bonum Academiae confit in doctrina et disciplina, in docentium  
fidelitate et CONCORDIA, discentium sedulitate, ut non doctri tantum,  
sed bene etiam morati discedant.* Faxit Iehovah! Israel hat Gott  
zum Trost, wer nur reines Herzeng ist, et rel. Canterur tandem,  
ex veritate historica: Alle Feinde hat nun ein Ende.

Ardens animus adjicit, ex vena anonyma, si non genio  
moderno Neo-Poetarum accommoda, tamen pia, sequentem  
particulam, concentibus musicis destinati poematis:

#### *Das Verlangen:*

So hbre dann,  
O dreymahl grosser Gott! und nimm, in deinen Höhen,  
Ein demuthsvolles Flehen,  
Ein algemeines Wünschen an  
Gib, aus alvaltendem Geschick,  
Den Ländern endlich Ruh und Glücke.  
O siehe, wie das blonde Schwerdt,  
Wie Flamme, Furcht, Geschrey noch durch dein Erbteil führt,  
Und Waffen wieder Waffen blitzen:  
Wie Ströhne Bluts auf den besleckten Boden springen.

*Schau!*



Schau ! die Verwüstung bauet schon,  
In vielen Ländern, ihren Thron,  
Von Schutz und Graus.  
Sie winckt, mit schrecklichem Betragen,  
Den ihr zu folgen ferzen Plagen,  
Und breitet ihre Furcht durch alle Gränzen aus.  
Das Erdreich beb't : es wird den Völkern bangen,  
Wie lange Herr ! ach Herr ! wie lange!

## A r i e.

Läß, unter dem dampfenden Krachen und Knallen,  
Bald plötzlich Posaunen des Friedens erschallen,  
Und rufe die Völker vom Streiten zurück.  
Läß uns die starke Stimme hören,  
Die allen Stürmen Ruh gebeut.  
Läß Freundschaft, Treu und Einigkeit  
Mit schnellem Fluge wiederkehren.  
Ja, Höchster ! ja gönne, Europen das Glück.  
Läß unter

P. P. S V B S I G I L L O R E C T O R A L I ,  
ANNO MDCCVL VIII.

I P S O F E S T O M I C H A E L I S .








Rostock, Diss., 1755-58

X 2284307



B.I.G.

Farbkarte #13



19  
28  
17584.  
DEO PROPITIO,  
IVRE - CONSULTVM,  
DE  
ANGELIS  
NONNULLA MEDITANTEM,  
P. 364.  
IN GRATIAM  
CIVIVM ACADEMICORVM  
O.O.H.  
IN FESTO MICHAELIS.

ANNI MDCCCLVIII.  
PER PROGRAMMA,  
MORE MAIORVM,  
EXHIBET,

D. ERN. IO. FRIED. Manzel,  
SEXTVM RECTOR ACAD. ROSTOCH. SEREN. DVC. REGN.  
CONSIL. ET PAND. PROF. TOTIVS ACAD. SENIOR ET  
FAC. IVRID. VIGESIME TERTIA VICE  
DECANVS.

ROSTOCHII,  
LITTERIS ADLERIANIS.

